Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



mis excessibus mcessanter affluistis puris sensu tui panis libenter Qt

Et dixit dns ds Dicite filie syon ecce salutator tuus uenit ecce mces eius cum eo et opus eius coram illo Quis est iste qui uenit de edom tinctis uestibus de bosra Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis sue Ego qui loqor iustitiam et pugnator sum ad saluandum Quare ergo rubrum est indumentum tuum et uestimenta tua sicut calcantium in torculari Torcular calcauit solus et de gentibus non est uir mecum Calcauit eos in furore meo et conculcauit eos in ira mea Et aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea et omnia indumenta mea inquinauit Dies enim ultionis in corde meo annus retributionis mee uenit Circumspexi et non erat auxiliator quesiui et non fuit qui adiuuaret Et saluauit mihi brachium meum et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi Misericordiarum dni recordabor laudem dni super omnibus que tribuit nobis dns ds nr. Gradale Ne auertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor uelocit exaudi me. Alleluia Saluum me fac ds quoniam intrauerunt aque usque ad animam meam. Iubilus et tuba

hic non dicitur dns uobiscum sed tantum oremus. Oremus

Deus qui populis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti ut inimici antiqui expelles procul a cordibus nostris famulis tuis ut resurrectionis gaudia obtinere ualeamus Per

Ad diebus illis Dixit ysaias Domine quis credidit auditui nostro et brachium domini cui reuelatum est Et ascendet sicut uirgultum coram eo et sicut radix de terra sitienti Et non est species ei neque decor et uidimus eum et non erat aspectus et desiderauimus eum despectum et nouissimum uirorum uirum dolorum et scientem infirmitatem Et qui abscondit uultum suum et despectus unde nec reputauimus eum Verelamen uoces nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit Et nos putauimus eum quasi leprosum et percussum ab deo et humiliatum Ipse autem a uulneratus est propter iniquitates nostras attritus est pro sceleribus nostris Disciplina pacis nostre super eum et liuore eius sanati sumus Omnes nos